



Disputatio juridica inauguralis de emtione & venditione

<https://hdl.handle.net/1874/343788>

14.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
EMPTIONE & VENDITIONE,
QUAM
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

M. GERARDI de VRIES,

Philosophiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Illustri
Academia Ultrajectina Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatûs Academici consensu, Nobilissimæque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitime consequendis,

Eruditorum examini subicit

JOHAN VANDER HILLE, GOESA-ZELANDUS.

Ad diem 25. Junii horâ locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiae
Typographi, clō Ioc XCII.

Amplissimis Gravissimis Spectatissimisque
V I R I S,

D. D. JOHANNI VANDER HILLE,
Patri suo, sempiterno amore & observantia, colendo.

D. D. WILHELMO WESTHOECK,
Urbis Goesanae Scabino dignissimo, Affini suo perpetuo diligendo.

D. D. MATHEO EVERSDIJK,
J. U. D. Urbis Goesanae Consuli meritissimo, ejusdemque civitatis Syndico prudentissimo.

D. D. ADOLPHO WESTERWIJK,
J. U. D. Civitatis Goesanae Consuli gravissimo, ejusdemque civitatis Syndico consultissimo, reddituum ecclesiasticorum quaestori justissimo, æquissimo.

D. D. GERARDO VERBERGH,
J. U. D. Urbis Goesanae Scabino meritissimo, & nomine Illustr. D. D. ordinum Zelandiae quaestori fidelissimo.

D. D. GASPARO RONTVIS,
Med. Doct. expertissimo, urbis Goesanae Scabino spectatissimo ejusdemque civitatis Poliatro.

V I R I S,

De Patria optime meritis indiesque merentibus.

*Hanc Disputationem Inauguralem & se ipsum,
ea, quae par est reverentia, humiliter*

offert

JOHAN VANDER HILLE, Auct. & Resp.



DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

D E

Emtione & Venditione.

T H E S I S I.



Emtio venditio contractus est notissimus; & ut quidam volunt vocabulum emtionis dictum à Græco verbo *ἐμψυ* id est meum, quia de meo tuum fit: sic etiam venditionis vocabulum dicunt à *venum* & *datio*, quia venundare est facere ut res ab uno ad alium transferatur: & hinc illa duo verba junguntur, quia emtio sine venditione esse non potest, & vice versa: interdum in latiore significatione accepta complectitur omnem alienationem, qua rei dominium transferri possit: *l. 19. §. 5. de edil. edict. l. 8.*

A 2

§. II.

4 DISPUTATIO JURIDICA

§. II. *D. quib. mod. pig. vel hypot. solv. l. 29. §. 1. de stat. libr.* Sed prætereamus jam significationes, quæ hic occurrere possent. *emptio venditio proprie est contractus quo id agitur ut res vel merx commutetur pretio per mutuum consensum definito.* Antequam pergemus, possimus præmittere expositionem definitionis, quatenus primo *contractum* significat.

I I.

Dixi, *emptio venditio est contractus* sc. *juris gentium*, *nominatus*, *bonæfidei*, *consensu constans*, quo *venditor obligatur ad rem tradendam*, *emptor ad pretium dandum.*

I I I.

Quod *emptio venditio sit contractus* patet ex *l. 1. §. ult. §. l. 7. §. 1. D. de pact.* quia sua natura producat efficacem obligationem ad agendum *d. l. 7. §. 1. nominatus*, quia habet certum nomen tanquam signum certæ formæ & actionis : *d. l. 7. §. 1.* & producit sui nominis actionem : ita distinguitur à contractu innominato, unde non oritur actio, nisi ex datione vel facto *l. 5. D. de præscript. verb.*

I V.

Contractus juris gentium. §. 2. F. de jur. nat. gent.

I N A U G U R A L I S. 5

gent. & civil. l. i. §. 2. D. h. t. nam quod ibi dicitur non solum Romanorum est proprium, sed & aliarum gentium. Idem Homerus videtur probare: *d. l. i. §. i. in fin.* Colligitur quoque ex Sacra scriptura, *Gen. 23. comm. 16. & seq. & c. 37. comm. 27. & seq.* quod autem solennitas verborum hic non debeat observari, ut instipulatione, & verborum obligatione, probamus per *l. i. §. ult. D. h. t.* ubi hæc verba exstant: *Est autem emtio juris gentium & ideo solo consensu constat.*

V.

Quod sit bonæfidei contractus, patet omnino ex §. 28. *f. de act.* quia emti & venditi actio dicta à suo contractu, inter bonæfidei actiones numeratur, procul dubio contractus debet esse bonæfidei. Inde exigit quoque latiore potestatem judicandi ab utraque parte quantum obligetur emtor venditori, & vice versa §. 1. *f. de oblig. ex consens. in fin.*

V I.

Dicitur solo consensu constans, quia ad sui perfectionem requiritur tantum consensus, *l. i. §. ult. D. h. t. pr. f. h. t.* & non rei traditio, ut in contractibus qui re constant: cum ergo nihil magis obstat consensui quam dolus & error, consequitur hos emtionem vitare, ut & vis, ideoque si emtio venditio vi metuque inita sit, contractus primo consistit quidem.

dem, sed postea à prætorè rescinditur. *l. 1. D. quod met. caus. junct. l. ult. C. de his quæ vi metusv. causi.*

V I I.

Dictum est porro in definitione, *de re commutanda certo pretio*; nam emtio sine re & pretio non contrahitur: *l. 8. pr. D. h. t.* circa hanc definitionem quedam veniunt considerata, 1. qui sint contrahentes, 2. qui emere vendere possunt, 3. quæ res emi vendi possunt, 4. forma emtionis, quæ consistit in consensu: 5. finis & effectus. Contrahentes, 1. sunt emtor & venditor: emtor est qui pretium solvere debet, ut rem accipiat, venditor qui rem tradere debet certo pretio. Emere vendere possunt omnes qui possunt consentire, & per regulam generalem qui se cum effectu possunt obligare, veluti *patresf. & filii. l. 39. D. de oblig.*

V I I I.

Emere vendere non possunt, qui nec se obligare, neque consentire possunt: veluti furiosi *l. 2. D. h. t.* infantes, quia intellectu carent §. 9. *F. de inut. stip. l. 9. de acq. velomit. hered.* emere vendere quoque prohibentur prodigi, quibus administratio bonorum est interdicta: *l. 10. D. de curat. furios. l. 6. de verb. oblig. l. 4. de R. F.* sic etiam emere prohibetur tutor rem pupilli: *l. 34. §. ult. D. h. t.*

IX.

Quamquam regulariter quis sibi tantum emere potest, tamen sunt quædam personæ, quæ aliis emere possunt: sic filius patri, servus domino emere potest §. 3. *f. per quas cuiq. acq. l. 10. D. de acq. rer. dom.* etiam procuratori licet emere domino: ita ut domino acquirat possessionem, & per eam proprietatem rei: §. pen. *f. per quas pers. cuiq. acq. l. 1. C. eod. §. 8. C. de acq. vel omit. poss.*

X.

Videamus porro quæ res emi vendi possint, & quæ non emi vendi possunt omnia, quæ sunt in commercio: *l. 34. §. 1. D. h. t. res præsentis & futuræ, ut fructus nascituri: l. 8. D. h. t. propriæ & alienæ: l. 28. d. tit. ita tamen ut non dominium rei alienæ, sed tantum possessio transferri possit, quia nemo plus juris in alium transferre possit quam ipse habet: vendi quoque potest jactus retis: l. 8. d. tit. l. 12. de act. emt.*

IIIIX.

XI.

Emi vendi non possunt res quæ nec in rerum natura sunt, aut esse possunt. §. 1. *f. de inut. stip. emi vendi quoque prohibentur res Sacræ Sanctæ, religiosæ regulariter. §. 8. f. de rer. div. liber homo, ne quidem sub conditione si servus erit l. 85. §. 3. D. de*

8. DISPUTATIO JURIDICA

de verb. oblig. venena mala; l. 3. §. 2. ad l. Cor. de Sic. l. 3. §. 2. D. h. t.

X I I.

Forma hujus contractus consistit in consensu, qui debet esse liber, & dicitur I. substantiale, & quia consensus versatur circa mercem & pretium, ideo recte statuuntur tria substantialia requisita: nempe consensus, merx & pretium. Ex dictis manifesto liquet quomodo emtio differat à permutatione, nam in emtione res pro nummis datur, in permutatione res pro re. *l. 1. §. 1. D. h. t.* quomodo à locatione conductione, in emtione venditione agitur; ut dominium rei in emtorem transeat. *l. 80. §. ult. d. fil.* Sed nil interest ille effectus sequatur, nec ne. *l. 28. d. tit. l. 11. D. de act. emt.* at vero in locatione, nec dominium, neque possessio transfertur. *l. 9. D. de rei vind.* quia conductor non possidet, sed tantum est in possessione. *l. 10. §. 1. D. de acq. poss.*

X I I I.

Materia emtionis venditionis, sive 2. substantiale est res, quæ sive sit corporalis, sive in corporalis, mobilis sive immobilis, nihil interest; sed debet esse certa & determinata; nam si erratum in pretio, vel re, aut in materia, aut in ipsa emtione, emtio est ipso jure nulla. *l. 6. D. h. t.*
ut si

ut si putem me vendere fundum Cornelianum, tu vero putes te emere Sempronianum, emptio est nulla, *l. 9. D. h. t. l. 36. in fin. de acq. rer. dom. l. 10. D. de reb. cred.*

XIV.

Denique finis seu. III. substantiale emtionis venditionis est, ut pretium pro re detur, quod debet consistere in pecunia numerata: §. 2. *I. l. 1. §. 1. D. h. t.* debet esse verum, non simulatum. *l. 54. de oblig. & act. l. 55. D. h. t.* requiritur ut sit certum. *l. 25. §. 1. D. d. tit. l. 5. C. eod.* & certum potest esse, vel determinatione contrahentium, vel per arbitrium tertii: ut si quanti Titius aestimaverit, tanti res sit vendita, procul dubio valeat §. 1. *J. h. t.* denique, ut sit iustum, adeo ut nec emptor, nec venditor lædatur ultra dimidium, quo casu locum habere posset. *l. 2. C. de resc. vend.*

XV.

Contrahitur ergo emptio venditio, vel pure vel sub conditione, vel in diem. *l. 50. D. h. t. §. pen. J. h. t.* ut si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot. *d. §. pen.* emptio alia est scripta, alia non scripta. *pr. J. h. t.* & sic scripta requirit ad sui perfectionem instrumenta emtionis à contrahentibus subscripta. *d. pr. J. h. t. l. 17. C. de fid. instr.*

B

Effe.

XVI.

Effectus perfectæ emtionis venditionis est obligatio efficax, quæ producit actionem emti & venditi: actio emti est actio personalis, nam oritur ex contractu §. 28. *f. de act.* datur emtori, *l. 11. pr. D. de act. emt.* adversus venditorem; & nihil interest an ipse vendiderit, an per procuratorem: sed is directa actione, hic vero utili convenitur: *l. 13. §. 25. D. h. t.* ad rem venditam tradendam; id est debet transferre possessionem, & dominium si sit dominus, vel aliter ejus interesse, quia non præcise tenetur rem emtoris facere. *l. 25. §. 1. l. 28. D. h. t. l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. D. de act. emt.* cum fructibus & accessionibus: & omnia ex bono & æquo: *l. pen. C. de act. emt. l. 7. D.*

XVII.

Quod venditor teneatur de dolo, probatur ex *l. 68. pr. §. fin. D. de contr. emt.* nam dolus præstatur in omnibus contractibus: quod ad culpam attinet, venditor tenetur de lata & levi culpa. *l. 35. §. 4. D. h. t.* de levissima regulariter non tenetur, & multo minus de casu fortuito: quia casus fortuitus præstatur in nullis contractibus, excepto mutuo: §. 2. *f. quib. mod. re contr. oblig.* nisi eum in se suscipit: vel in mora tradendi fuerit venditor, quo casu omnem culpam & periculum præstat: si emtor
in

in mora accipiendi fuit, ab eo tempore quo emtor
 in mora fuit præstat venditor tantum dolum *l. 5. l.*
17. D. de peric. & comm. rei vend. si res ad mensu-
 ram sit vendita oportet præstare exactissimam cu-
 stodiam ante admetiendi diem, adeo ut fatale dam-
 num, vel vis magna excusetur: *l. 2. §. 1. D. d. tit.*
l. 3. eod.

XVIII.

Actio venditi est actio personalis, bonæfidei,
 quæ datur venditori, adversus emtorem, ad pre-
 tium dandum: hoc est transferendum pretii domi-
 num. *l. 11. §. 2. D. l. 7. C. b. t.* & debet nummos ven-
 ditoris facere. *l. 13. §. 8. de tit. l. 11. §. 2.* quam-
 quam venditor non tenetur rem emtoris facere præ-
 statque usuras a tempore moræ. *l. 13. §. 19. & 20.*
d. t. quia in omnibus bonæfidei contractibus usuræ
 debentur ex mora. *l. 32. §. 2. D. & l. 3. C. de usur.*
 & quidquid ex bono & æquo, ut tenetur ad im-
 pensas necessarias & utiles in rem factas. *l. 13. §.*
22. D. b. t.

III

Inpura sine consensu parentum inter non
 valent.

Dom

B 2

CO.



COROLLARIA.

I.

Venditor non cogitur precise rem venditam tradere.

II.

Maritus non potest alienare fundum dotalem inestimatum.

III.

Nuptia sine consensu parentum inita non valent.

Dona-

I V.

*Donatio inter virum & uxorem est
prohibita.*

F I N I S.



Ornatissimo Viro-Juveni

D. JOHANNI VANDER HILLE,

cum J. U. D. in Ultrajectina

Academia crearetur.

I ngreditur portus optatos vestra carina,
H O m n i b u s u n d a r u m s æ v i s e x e m t a p e r i c l i s
N o c c e d i e . T i t u l i s , q u e i s D i v a A s t r æ a c o r o n a t
A n n e c o r n a t s i b i d i l e c t o s g r a t o s q u e m i n i s t r o s ,
N u n c s p l e n d e s , p o s t t o t c u r a s a c t o s q u e l a b o r e s
N e c o c t e d i e q u e t i b i . S i c s u n t s u a p r æ m i a d i g n i s .
E t n u n q u a m g n a v u m c u l t o r e m A s t r æ a f e f e l l i t .
S e d m e r i t o t a l i s e m p e r d a t h o n o r e p o t i r i .

V e r u m e g o s i l a u d e s n u n c t e n t e m d i c e r e v e s t r a s ,
V a n d e c d i g n i s c u p i a m v i r t u t e m e x t o l l e r e v e r b i s ,
N o n m i h i c o n s t a b i t , q u æ p r i m a e x o r d i a s u m a m ;
V a n d e u m m i h i s u n t m o r e s d i c e n d i , r a r a q u e , q u a T u
D e x c e l l i s c u n c t i s , d o c t r i n a , s o d a l i b u s , u t n u n c
(R e s e s t m i r a q u i d e m a s t e a d e m v e r i s s i m a c e r t e .)

H o c i n o p e s p a c t o f a c i a t n o s c o p i a d i v e s .
H i l l e n t e r e a , q u a n q u a m c e l e b r a n d i s a r g u a r i m p a r
L i l l e a u d i b u s , & m u l t u m m e a p e n n a a b s t r a x e r i t i l l i s ;
L i l l e a u d a n d i v e s t r a s v i r t u t e s & c e l e b r a n d i
E s t n o b i s (f o r s a n n o n c o n t e m n e n d a) v o l u n t a s .

M. V. Oostee.

TER BEVORDERINGE,

Van den Heer, mijn HEER

JOHAN VANDER HILLE;

Als zijn Ed. in de vermaarde Utrechtsfe Hoo-
ge-School, Meeſter in beide de Rechten
zoude verklaard worden.

N A A M - D I C H T.

I O H A N
ndien mijn Zang-heldin, zig met verblijde toonen
oit horen liet; het was op deezen dag mijn Heer,
et heeft zijn reën: want gy een van vrouw Themis zoonen,
anvaard haar Priesterſchap, met zo veel roem en eer!
a zo veel arbeid, ziet me uw dengden heerlijk kroonen.

V A N D E R
aar voort ó Voetſterling van Themis ingewijd!
an wie ge U zelven nu verbonden hebt op heeden,
a dat ge als Minnaar hebt haar dikwils aangebeeden.
ie ſchoone ſchat gy meer als Venus, die gy mijd,
n die gy ſchouwd: om dat zy U niet kan behaagen:
oemwaardig is 't den Prijs der wijsheid weg te draagen.

H I L L E
y is prijswaardig, die met de iedle ſchoonheid lacht
n zijne jeugd. En die na waare wijsheid tragt,
aat zig aan welluſt, nóg aan iedelheid geleegen,
aat meer en meer uw luſt tot wijsheid zijn geneegen:
n dus leeft ge eenwig met veel roem by 't nageſlagt.

S. V. H.

AAN DEN ZELVEN.

NAAM-DICHT.

Ieder span zijn' gouwde Snaaren,
Om te zingen nu ter tijd:
Hoe U Themis zal verklaaren,
Als ge nu word ingewijd,
Nu ze op heeden U zal geeven,

Voor uw' Deugd, haar meesterschap.
Als gy door haar recht zult leeven;
Nimmer steegd ge op zulk een trap!
Daarom komt zy tót U spreken,
En roept tót haar Voedsterling;
Reeds is my uw' Deugd gebleeken.

Hier mijn' trouwste Jongeling,
Is een' Kroon die gy zult draagen,
Liefd mijn recht, bemind het vaak!
Liefd zoo naar mijn welbehaagen,
Merd my zoo tot mijn vermaak.

HENRICUS vander MARK.
Rhenotrajectinus.